

/ Clarissime Domine, amice optime. Gaudeo libellum meum ad te pervenisse, et a R/mo Antistite approbatum. Spero unum exemplum ad me perventurum ad medium Februarii, quod etiam valde cupio, ut ex tuo exemplo hic Romae recudi possit. Urgent enim me Romani, ut libellum ⁵quam citissime typis mandem; sed omnibus satisfacio, cum dico me velle emendatissimum illis tradere, quod fiet, si ex vestro recudatur. Molesté fero, quod Duaci sit editus libellus de Ascensione mentis in Deum, cum id prohibitum sit in vestro privilegio. De concionibus sollicitus non sum, a quo recudantur, modo emendate recudentur. ¹⁰Intelligam ex Domino Cobellutio, an sit aliqua difficultas, cur Graduale non possit in vestra officina recudi, et si erit, eam superare conabor. Ignosce brevitati literarum, quoniam eo ipso die respondeo, quo literas vestras accepi. Precor a Deo toti familiae tuae omnem prosperitatem. Romae, die 30 Januarii 1616.

¹⁵

Clariss/ae D. tuae

Addictus, et amicus ex corde

Robertus Card/lis Bellarminus

(adresse): Clariss/o D'no D. Balthassari Moreto Typographo Antverpien. Amico car/mo. Antverpian. (cachet)

²⁰ Anvers. Musée Plantin. Ontvangen Brieven. LXXVI f. 585.